



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Foemina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

alimoniam, vel huiusmodi. Vel verbo, vt dicendo, isti sunt boni viri, iniustū est eos persequi, &c. vel omissione: vt quando hi qui potestate funguntur, omittunt eos capere, inquisitore mandante, vel non fauendo inquisitori, & omnibus, ipso facto sunt excommunicati, sicut haeretici, quando scilicet ostendunt virtutem suam per aliquem actum exteriorum, veleriam si omittunt facere, quæ tenentur, secundum Archi, in c. quicunque de haere. libro sexto. Item fautor est, qui ad re- quisitionem inquisitoris non reuelat, sed celat, & qui habet iuramentum reuelandi, & non reuelat. Item qui eos aslociauit, visitant, prastant auxilium ad fugiendum opere, vel verbo, fundentes preces pro eis ne puniantur. intellige omnia supradicta, quando scienter faciunt, & sunt omnes excom munitati, per capitul. ut inquisitionis de haereti. libro sexto. §. prohibemus. Supradicta Excommunicatio nona & de cima. Vide Tabul. Excommunicatio. §. calu 4. §. 8. Fauere etiam criminis hominibus, sine culpa esse non pos- test, quan illis audaciis peccadi pre- stetur occasio.

## FOEMINA.

**F**OEMINA ingrediens religionē, potest tonsurari, nec obstat c. vxoratus de conuer. coniug. quia consue tudo eam excusat. Illud capit. non loquitur de tonsura, quæ dicitur elec tia, sed de ea, quæ fit usque ad aures capillos incidentia, & hoc prohibe tur mulieribus volentibus in seculo remanere. c. si qua mulier. 30. distin. De ingredientibus vero religionem, loquitur glo. in clem. attendentes. de stat. reg. & eas nimirum salvare ob con fuetudinem, remanentes vero in se culo, si tonsurantur ex superstitione, vel alio malo fine, mortaliter peccat. per c. quicunque. distinct. 30. vbi dici tut anathema sit. secus quando face ret ex necessitate aliqua, vel levitate: quia c. quicunque. intelligitur secun dum Archid. ibi. quando ex superstitione faciunt, vel alio fine malo, qui sit mortalis.

**F**OEMINIS prohibetur ut vesti virili, in d.c. si qua mulier, & prohibe tur non tanquam mortale de se, sed si hoc facit malo fine, qui sit peccatum mortale, ut scilicet licentiū vacer libi dini, & huiusmodi, tūc mortaliter pec cat: & econuerso, si vit ueste muliebri vatur eodē modo. Etiam propter scādalu[m] possit esse mortale, à quo quilibet cauere semper tenetur.

**F**OEMINIS prohibetur primo prædicare, in c. mulier. dist. 32. & do cete publicè, quāvis monialis in suo capitulo possit exhortationem face re sedendo. Secundò, audire confes siones, & alijs benedicere, in c. noua, de penitent. & remis. Tertiò, tangere vasa sacra & sacramatas palas, capi. sacras. 23. distinctio. quamvis Caet. dicat, quod post primam lotionem possunt tangere, & repetiæ supra corporale. Quartò, incensum circa al tate deferre, de consecra. distincti. i. capitul. vestimenta. Quintò, accede re ad altare, & ministrare preshyte ro, vel intra cancellos state. capitul. de cohabitation. clericor. & mulier. Sexto, exercere actum alijcius ordi nis, in dicto capitul. noua. iudicis, seu magistratus officium gerere, nisi in casibus, de quibus glo. in §. i. decima quinta quæstio. tercia. Septimò, po stulare, vel procurare, nisi in propria causa, vel suorum, in dicto. §. i. Octa uò, testificari vel trahi ad iudicium causa ferendi testimonium contra eius voluntatem, in his quæ in iure non exprimuntur. Nonò, accusare, nisi in certis casibus, de quibus in di cto §. i. & multa alia prohibentur fe minis propter sexus infirmitatem, & facilem peccandi occasionem, quæ etiam nec detrudi pro aliquo debito, vel incarceraari possunt.

## FESTVM SIVE

Feria.

**F**ESTA secundum Ar. floren. 2. par tit. 9. c. 7. dicuntur feriae, eò scilicet quod præstant vacationem ab his, quæ in foro iudiciali agi cōsueuerunt. 2. FERIARVM quædā sunt repen tina, quædā temporaneæ, quædam fo lennes.

